



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Glyceria & Laodicivs MM. 10. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

scribere, & dicere, sevientis vulgi & saxa in se  
conscientis clamores velut plausum accipiens.  
Sed & Pontifex jam Byzantinus scario, ab hæ-  
ticis in necem suam subornato, facilis veniam de-  
dit: post tamen gravibus iterum seditionum flu-  
ctibus agitatus, missâ urbe ac insulâ, in villâ  
patriâ malaciam, in morte denique anno CCC.  
LXXXIX. portu reperit. Ex Greg. Presb. apul Sur.

*Cordis contritio optimum est ad percipiendam  
mundissimam medicamentum. Mox ut germinare in-  
choaverint faeda cogitationes, compunctionis gladio  
interimat ipsas, qui cordis sui Christum cupit ha-  
bere possessorem. S. Laur. I. de cast. Connub. c. 13.*

\* SS. GLYCERIA & LAODICIVS MM.  
10. Maij.

**G**LYCERIA Macarii III. Consulis F. sexus sui  
miraculum, utriusque exemplum, Antonini  
imperio Trajanopoli & Heracleæ triumphavit.  
Lampodophoria celebrantibus impiis, ipsa fron-  
tem crucis insiguita in publicum prodiit, nega-  
vitque alia lampade sibi opus esse, cum crucis ra-  
dios nec ipse quidem Iupiter marmoreis oculis  
laturus sit. Fecit dictis fidem comminuta extem-  
plò statua, neque ad vindicandam injuriam satis  
potens, cum frustillatum in GLYCERIAM jactaretur,  
trepidantibus fragmentis munitam cruce He-  
reidem contingere. Ferocior tamen Iove suo Sa-  
binus præses fuit, & è comâ pendulam lancerari  
ungulis jussit, temperante cruciatus Angelo, &  
sua in carnifices tormenta regerente: qui deinde  
etiam in carcerem abreptæ compedes dempsit,  
mensam epulis instruxit, fornacis incendium ex-  
tinxit, detractam capiti cuté restituit, quam cùm

LAODI-

LAODICVS carceris custos iterū tribunalī susten-  
dam non agnosceret, ejusque fugam lucre ferro  
pararet, revocatum à scelere GLYCERIA Christo  
asseruit, sponte deinde manus pedesque iis vin-  
culis astringentem, quæ virgo tulerat. Et ille qui-  
dem securi addictus ad cælum per compendium  
abiit. GLYCERIA Diis hominibusque victis, etiam  
bellas triumphavit. Stetit inter leones agna, ne-  
que exhorruit contubernium. Ipsiſ ad eō feris tra-  
dedit mores suos, & genuinam rabiem curavit;  
vix cum voce de cælo lapsa excedere circo vi-  
trix jubaretur, morsunculam à lexā impetrā-  
vit, quæ animæ viam faceret. E corpore oleum  
fluxit, ne athletis pro innocentia pugnaturis cero-  
ma deesset. Ex Surio.

Spiritus subjectam carnem disciplina frēno coēr-  
cet, & ad supernam Hierusalem quotidie servantis  
desideriis gradibus festinet. Promissa castitati pra-  
mia incessanter afficiat, quorum dulcedine provo-  
catus; quidquid virtutia callidi insidiatoris oppo-  
nitur, libero fidei pede transcendat. S. Pet. Dam.  
ep. 7. c. 24.

S. G A N G V L P H V S C. 11. Maij.

GANGULPHO Dynastæ Burgundo corporis,  
animi, quæque fortunæ propriè imputans,  
bonis felicissimo, nihilominus cum malorum om-  
nium extremo malâ uxore conflictandum fuit. Ea  
præter ceteram motum perversitatem etiam fœ-  
dis amoribus indulxit, quos denique fons produ-  
dit, & hoc & aliis prodigiis illustris. GANGUL-  
PHO in Campaniâ prandenti simplicissima ad spe-  
ciem questio excidit, quanti fontanam, cui asside-  
bat, hospes aestimaret; sibi enim opidò allubescer-  
re, hospes delirium interpretatus, pretium tamē  
statuit.